



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XCV. Ablaßbrief eines bischöflichen Verdenschen Generalvicars für das
Kloster Arendsee, avom 29. Juni 1358.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XCIV. Knappe Buffo von Walstoue bestätigt, daß sein Vater seine Besitzungen zu Sannem dem Kloster Arendsee abgetreten, am 2. Februar 1358.

Ego Buffo, famulus dictus de Walstoue, filius Syfridi Junioris de Walstoue pie memorie, pleno omnium meorum heredum consensu et amicorum recongnosco et protestor et fide-tenus promitto, quod infringere nolo litteras super bona, que pater meus vendidit et dimisit in villa zanneme preposito, Priorisse Totique Conuentui in Arnse, videlicet Curiam, quam nunc relicta gherardi de bukow possidet, soluentem annis singulis in quolibet festo Beati Martini episcopi et confessoris decem et octo modios filiginis in pachtu et decem denarios Brandenburgenses in censu cum decima minuta et pullo fumali et cum omni Jure supremo et infimo infra sepes, cum aduocacia et omni seruicio, quod fit cum curribus et equis. Quam quidem Curiam Sophya vxor vickonis Brukers pie memorie nomine vitalicio habuit et possedit. Preterea ego Buffo vna cum meis veris heredibus veram warandiam facere volo in Curia et Bonis prenotatis Enghelberto prouisorio sanctimonialium in Arnse, priorisse totique conuentui Jure hereditario Justo pheodo perpetuis temporibus possidendum, quemadmodum recongnosco meis litteris patentibus et apertis. Testes sunt aduocatus in Saltwedel hinricus vostener, Godekinus hermanni, Dulle kersten, hennike Neylinghe. In huius rei testimonium Sigillum meum vna cum Sigillo Buffonis de Garthow et gherrardi famuli dicti de walstoue presentibus sunt appensa. Datum zaltwedel, Anno domini M°. CCC°. LVIII°. In die purificationis marie virginis gloriose.

XCv. Ablassbrief eines bischöflich Verden'schen Generalvicars für das Kloster Arendsee, vom 29. Juni 1358.

Frater Iodewicus, dei et apostolice sedis gracia Episcopus foyensis, ex premissione et Commissione honorabilis viri domini Gherardi de Scowenburg per Ciuitatem et dyocesim verdensem in spiritualibus et temporalibus vicarii generalis in pontificalibus per eandem ciuitatem et dyocesim vices gerens, religiosis puellis seu virginibus Priorisse ceterisque sororibus in Arneffe ordinis sancti Benedicti salutem in domino. Quia decens est, vt vester patronus sanctus Benedictus, sub cuius regulis estis institute, a vobis feruentius honoretur et ex hoc maior deuocio vobis et populo acquiratur, volumus et ordinamus, ut in festo predicto omnes et singule ad sacramentum eukaristie sumendum vos salubriter disponatis, et ut fructum maiorem et uberiorem ex hoc acquiratis, cuilibet vestrarum, que hoc festum secundum nostram impositionem deuote peregerint, XL dierum indulgencias et vnam karenam auctoritate nostra, Totidem ex speciali commissione reuerendi in Cristo patris ac domini, domini Danielis, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum petri et pauli confli, misericorditer relaxamus. Ad cuius firmiorem confirmacionem nostri

figilli munimine presencia fecimus Roborari. Datum Anno Domini Millefimo trecentesimo LVIII., in die Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, in Arneffe monasterio prenotato.

XCVI. Die Knappen Gebrüder Crucemann treten dem Kloster Arendsee einen Antheil am Gericht zu Sannem mit gewissen Hebungen ab, am 18. October 1358.

Omnibus presencia visuris vel audituris Henninghus et Buffo fratres, dicti Krutzemann, famuli, Cupimus fore notum per presentes lucide protestando, Nos vnanimi voluntate et pleno consensu nostrorum heredum necnon omnium illorum, quorum consensus fuerant requirendi, rite et racionabiliter vendidisse spiritualibus personis, domino Enghelberto in Arnse preposito, Alheydi priorisse totique conuentui ibidem, octauam partem Iudicii ville zanneme cum Agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis et rubetis, ac in curia prefecti ibidem tres modios filiginis, quinque quartalia auene soltwedelenfis mensure, et tres pullos pro quinque marcis argenti nobis plene persolutis, quolibet festo Beati Martini perpetuis temporibus infra muros Ciuitatis Soltwedel percipienda, nichil nobis aut nostris ex eisdem reseruantes. Volumus eciam predictis, videlicet preposito et dominabus, esse vera warandia atque iusta, donec proprietatem dictorum bonorum a principibus terre sibi valeant procurare. Testes prescriptorum sunt Honorabiles viri Dominus Guntzelinus, noue ciuitatis zoltwedel plebanus, Godekinus, Thidekinus, dicti hern hemens, et Cristianus de blekede. In horum omnium euidentis testimonium sigilla nostra vna cum sigillis henninghi de Schulenborch et Conradi Bodenstede, Anno domini M^o. CCC^o. LVIII^o., In die Beati luce ewangeliste, presentibus sunt appensa.

CXVII. Das Kloster Arendsee verkauft Leibrenten aus seinen Besizungen an Conuentualinnen, am 15. August 1360.

In nomine domini Amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur temporis cum processu, expedit, ea poni in linguis testium uel scripti memoria perhennari. Hinc est, quod nos Nycolaus prepositus, Alheydis priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii sancti marie in Arneffe Recongnoscimus tenore presencium et publice protestamur, quod cum consensu amicorum nostrorum matura tamen deliberacione sanioris consilii prehabito vendidimus Alheydi et hyldegund, nostris consororibus, dictis svanen, dimidium chorum filiginis in villa ghentzin pro quinque marcis stendalgenfis argenti, In curia Johannis tylibbis, que prima habetur ad sinistram manum, cum itur de Arneffe in Ghentzyn, Singulis annis tempore pachtali tollendum